Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



5

Chrysostomus (Serm. in Nat. S. Joannis Baptistæ: Judæi quotquot annis jejunium mense Septembrie observant, quem Metelitum sive Scenopegiam nuncupant. Propter quod sacerdotes in tempore illo pro peccatis populi, diebus illis secundum præceptum legis in mense septembrie sacrificia Deo offerebant. Quod cum altari Zacharias obtulisset, non statim sacerdotem se profitebatur autidoneam esse, qui pro peccatis tam celesti populi precibus dignus futurus esset; sed memoratus est Christum ipsum solum futurum verum sacerdotem -- ejus adventum precatus est. -- Gesta autem sunt hæc ante primum annum Imperii Tiberii Cæsaris (non tamen immediate, sed pluribus annis ante initium Tiberii) mense septembri, octavo Calendas Octobris, incipiente luna undecima, quando oportebat Judæos jejunium Scenopegiæ celebrare.

/ Seu quicunque is est, certe antiquus auctor

Ex his duobus testimoniis colligimus I, annuntiationem S. Joannis tali die contigisse, a quo numerando quindecim menses, deveniatur ad XXV Decembris. Talem autem diem esse XXIII, XXIV, vel XXV Septembris, apertum est. Colligimus II, hebdomadam vicis Abiæ inclusisse XXIV diem Septembris. Id quod etiam confirmatur a utoritate Patrum et Historicorum, asserentium, Zachariam paulo post prophetationem Domini in templo, occisum esse inter templum et altare: nam si Zachariam anno nativitatem Domini sequente die V Februarii hebdomadam suam expisse ponatur, retrorsum numerando vigesimam quartam quamque hebdomadam, deprehendimus, initia hebdomadum Zachariæ incidisse in XXI Augusti, in VI Martii, ac demum in XIX Septembris; et hoc in hypothesi, quod anni æra vulgaris IV et quartus et octavus fuerint